EPIGRAMMA EUCHARISTICUM

PRO COLLEGIO

DOMINICI FRANCO.

Publica ubi nostri ingenii, mentisque pericla
Fecimus ut pateat judice digna schola,

Vos culti, ingenuique viri hic voluistis adesse!
Pro meritis laudes dicere quis poterit?

Dum coeunt illi fervent ubi pressa theatra,
Acer equus saltat, conspiciturque elephas;

Dumque hi quadrigisve trahuntur curriculisve
Portici ad augustas Pausilipique vias;

Alea dum praeceps alios mensaeque morantur,
Vos, quibus est cordi Parthenopaeus honor,

Cordi edocta Juventa est, hic voluistis adesse!
Grates pro meritis reddere quis poterit?

Pontanus posset, posset divo ille Maroni
„ Sincerus musa proximus ut tumulo.

Nos studiis operam dedimus, Rectore favente,
Mentem quae formant, ingeniumque fovent.

An profecerimus vestrum est dignoscere, culti,
Ingenuique Viri. Nos voluisse satis.

EPIGRA

D

PUBLIC
Fe

Vos cu
Pr

Dum c
Ac

Dumqu
P

Alea
V

Cordi
C

Ponta

Nos

An